

cohort. I Aquitanorum, cui praest M. Gennius M. f. Cam. Corfinianus, ex peditibus: L. Valerio L. f. Pudenti Ancyra.

Descriptum et recognitum ex tabula aenea quae fixa est Romae in tribunali Caesarum Vespasiani T. Domitianus.⁹ Q. Muci Augustalis — C. Pompei Eutrapeli — C. Iuli Clementis — L. Pulli Sperati — P. Atini Rufi — C. Lucreti Modesti — P. Atini Amerimni.¹⁰

Diptychon aeneum, rep. prope Tirnovam (Eph. epigr. 4 p. 496 seq.). — 1) A. 82. — 2) Cf. supra N. 1992 not. 2. — 3) Ex his novem cohortibus sex habuimus supra N. 1992, octo (scilicet omnes praeter cohortem primam Germanorum) redeunt infra in constitutione anni 90. — 4) Intellegitur Germania superior. — 5) Homo notus etiam ex Plinii epistulis (1, 12 cet.; cf. Mommsen ind. Plin.) — 6) Iudice Mommseno haec ala haeque cohortes, quas a. 74 reperimus fuisse in Germania (supra N. 1992), etiam a. 82 non pars fuerunt exercitus Moesici, sed ex exercitu Germanico ob nescio quam expeditionem in Moesiam missae. — 7) De hoc Ceriali cf. Mo. eph. ep. 4 p. 494. — 8) 19 Sept. (a. 82, cf. not. 1; consulum par praeterea ignotum; alter ex eis, Quietus, a. 80 fuerat legatus Lyciae, C. I. Gr. 4300 cf. Reisen in Lykien II p. 49 not. 6). — 9) Sic scriptura exterior; Romae in Capitolio scriptura interior. — 10) Signatores redeunt in diptychis aliorum militum eiusdem aetatis, Q. Mucius Augustalis in diptychis militum exauxitorum a. 83. 84. 90 (infra N. 1996—8), C. Pompeius Eutrapelus in diptychis pertinentibus ad a. 80 (C. III p. 854) 83. 90 (infra N. 1996. 8), C. Iulius Clemens a. 84 et a. 90 (infra N. 1997/8), L. Pullius Speratus a. 80 (C. III p. 854) et a. 93 (C. III p. 859), P. Atinius Rufus a. 74 (supra N. 1992) et a. 80 et a. 83 et a. 84, C. Lucretius Modestus a. 83 et a. 84 et a. 90, P. Atinius Amerimus a. 93 et a. 108. Apparel temporibus Flaviorum diplomata militum signata non esse ab eorum amicis, ut antea, sed videntur ei qui diplomata conficiebant certos homines ex plebe urbana ad eam rem adhibuisse.

1996 [imp. Caes]ar divi Vespasiani f. Domitianus Augustus pontifex maximus, tribunic. [potesta]t II, imp. III, p. p., cos. VIII designat. \bar{X}^1 , [equitibus] et peditibus, qui militant in aliis [tribus] et cohortibus septem, quae appellantur (1) Augusta et (2) Apriana et (3) Commagenorum, et (1) I Pannoniorum et (2) I Hispanorum et (3) I Flavia Cilicum et (4) I et (5) II Thebaeorum et (6) II et (7) III Ituraeorum², et sunt in Aegypto sub L. Laberio Maximo³, qui quina et vicena stipendia aut plura meruerant, quorum nomina subscripta sunt: ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent cum est civitas iis data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. A. d. V idus Iunias Tettio Iuliano, Terentio Strabone Erucio Homullo cos.⁴

cohort. I Hispanorum, cui praest M. Sabinus Fuscus, centurioni: C. Iulio C. f. Saturnino Chio.

Descriptum et recognitum ex tabula aenea quae fixa est Romae in Capitolio intra ianuam Opis ad latus dextrum. [Q. Muci] Augustalis — [C. Pompei] Eutrapeli — [C. Lucreti] Modesti — [P. Atini] Rufi — . . . di Sementivi — . . . Celeris — . . . Prisci.

Diptychon aeneum non integrum, rep. Copti in Aegypto (Eph. epigr. 5 p. 644 — 645, descr. Maspero). — 1) A. 83. — 2) Alam Apriana, cohortes primam Fla-